

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1147

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

heim consererat. post ejus obitum filia ipsius Heilwic montem, qui dicitur Sindelesberch, conversionis gratia adiit et, quia allodium suum libera donatione illuc offerre non potuit, super altare beate Marię semper virginis in civitate Argentinensi ipsum allodium id est 25 jurnales in duobus hannis Ötenheim¹ et Hanshuesheim positos
 5 coram clero ac populo publice optulit ea conditione, ut sanctimoniales in monte Sindelesberch constitutę sub conditione census a nobis susciperent singulisque annis duos denarios in nativitate sanctę dei genitricis exinde persolverent. huic donationi nos quoque interfuimus, vidimus, audivimus, laudavimus et ita concessimus eundemque censum ad portam deputavimus. nec multo post frater ipsius Heilwigis Burchardus, secunda Iherosolimorum profectioe exorta, suum quoque allodium id est
 10 21 jurnales in supradictis duobus hannis positos in memoriam patris ac matris seu pro remedio anime suę eisdem sanctimonialibus conducto 15 talentorum precio vendidit, simili voto ac conditione Argentinę optulit, prefatę beati Martini sorores æquali a nobis censu susceperunt et sic de utroque predio duos, quod est simul 4,
 15 denarios memorato beate Marię festo annuatim ad portam exsolvent. memorie igitur seu firmitatis gratia, ut hæc rata et inconvulsa ab ævo in ævum permaneant, episcopali banno confirmamus, scriptis presentibus perpetuamus ac sigilli nostri subterimpressione roboramus. si quis ergo hæc infregerit vel quocumque pacto cassare temptaverit, virginem dei genitricem cum filio sentiat iratam et pium Martinum
 20 ipsius loci patronum, quoadusque respiscat, habeat implacatum. omnibus autem eidem loco, quę justa sunt, servantibus sit pax et benedictio dei. amen. anno verbi incarnati 1147, indictione 9, Eugenio tertio^a papante, Cuonrado secundo regnante. hi sunt testes: Cuonradus prepositus, Berhtolfus custos, Berhtoldus cantor, Adelbero portarius, Heinricus de Ställingen, Heinricus canonicus, Theodericus
 25 epdomedarius, Waltherus causidicus, Simon marshalcus, Burchardus Puer, Wernherus causidicus de Virdenheim, Heinricus de Ötenheim, Regenoldus, Hugo, Lantfridus de Ötenheim, Heinricus, Cuno de Vezenheim, Regenoldus de Hirtenheim, Berhtoldus de Gugenheim.

Sept. 8

Ex beati Martini autem monasterio Bertholdus prior, Rüdolfus prior de ipso
 30 monte, cujus labore et industria universa hæc acta sunt, Anshelmus prepositus, Otto advocatus, Reinherus causidicus, Hecel de Wangen, Lantfridus de Ritanburch, Hecel, Cuono de Quacenheim et alii quam plurimi de utriusque æcclesię familia.

Ego Ludewicus assensu utriusque partis scripsi atque subscripsi^b.

Signata quoque sunt hæc 2 idus julii, Burchardo episcopo presidente et judi-
 35 cante in palatio Argentinensium.

B aus Straßb. Bez.-A. G. nr. 21 or. mb. c. sig. pend. delapso.

Gedruckt darnach bei Schöpflin Als. dipl. I, 232 nr. 279; Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 139 nr. 54.

40 a) B III* mit blasserer Dinte nachgetragen. b) in B folgt ein Kreuz, an dessen vier Armen von links nach rechts auf einander die vier Buchstaben D E U S folgen.

¹ Grandidier l. c. liest beide Male Intenheim und versteht darunter das heutige Ittenham dicht bei Handschuhheim. Sollte nicht Ötenheim eher dem jetzigen Uttenham bei Erstein entsprechen?